

verisimiliter in antea inter opidanos inibiⁱ⁾ et studentes discordiarum suboriri periculum et odium capitale, ubi eis difficile foret nobis tuitionis adhibere presidium^{k)}, instantissime supplicantes, ut quantum nobis possibile sit intercipere dignaremur, ne propter huiusmodi insolitam inquietudinem occulti odii seminarium, quod utique in universitatis vergeret detrimentum incipiat pullulare^{l)}, cum parati esse velint coram quocunque iudice eis in 5 partibus assignato in predicta causa stare iuri et solvere iudicatum. Quapropter eidem vestre paternitatis^{m)} beatitudini, que utique semper pacisⁿ⁾ amica fore dinoscitur et quietis, devotissime duximus supplicandum, quatinus predicte^{o)} nostre universitatis intuitu, que in eodem opido plantata est sub apostolice institutionis privilegiis in castris militat scolaribus et communicatione cottidiana eorundem expers esse non poterit in- 10 colarum^{p)}, eadem vestra sanctitas dignetur in eadem causa commissionem iam factam in aliquem transferre^{q)} iudicem in^{r)} partibus competentem, ut sic^{s)} fatigationis et expensarum difficultas aliquatinus temperetur et odium, quo laici clericis et studentibus ut plurimum sunt infesti, non ob id contra nos amplius exasperetur vel^{t)} fervidius incandes- 15 cat, pro quo erga vestram sanctitatem orationum nostrarum peculiariori obsequio cupimus studiosius vigilare, quam altissimus in magnum fructum ecclesie militantis dignetur longi temporis spatio in statu salutari misericorditer conservare^{u)}. Datum Lypczick anno domini M^o CCCC^o LI^o, XIII. die mensis iulii, rectoratus sub sigillo.

Rector totaque communitas magistrorum et doctorum alme universitatis studii Lypczensis Mersseburgensis dioc. 20

110.

Rektor und Universität ersuchen den Kleriker Werner seinen Streit mit den Leipziger Bürgern vor einem von der Universität vorgeschlagenen Richter zur Entscheidung zu bringen.

Leipzig, 1451 Juli 29.

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 1249 fol. 183.

25

Rector et magistri alme universitatis studii Lipczensis.

Salutem cum sincere caritatis affectu et favorem. Dilecte Wernere. Quia ut accepimus propter lesionem quandam insolenter dudum in Lypczick ut asseritis vobis factam quosdam inibi opidanos citari ad papale iudicium procurastis, que utique citatio non mediocres occupationes exigit et expensas, propter quas ut vestra dinoscere poterit discretio 30 iidem opidani cum sibi coherentibus contra nos in antea magis exacerbari poterunt et studentibus et magistris molestiores insidias preparare, per quod etiam pacis commoditas

109. i) opidanos eosdem B. k) presidium adhibere B. l) possibile foret, ne propter huiusmodi ineptam inquietudinem — inciperet pullulare, intercipere dignaremur B. m) paternitatis *fehlt* B. n) que pacis B. o) predicte *fehlt* B. p) plantata est et eorundem incolarum cottidiana 35 communicatione — poterit B. q) factam transmutare et transferre in aliquem B. r) eis in B. s) sic *fehlt* B. t) ne odium quo — infesti exasperetur amplius et contra nos B. u) quod erga vestram sanctitatem orationum nostrarum peculiariori famulatu volumus deservire B.